

257
quas tu fieri precepisti sed omnia desiderabilia nr̄a uer-
sas in ruinas. Cum haec igitur ita se habeant numquid
dñe sup̄ his continebis misericordiā tuam. & tacebis aduer-
sarius blasphemantibus & affliges nos atq; humiliabis
Non more soluto sed nimis. quae omnia iudeis assiriorum.
& babiloniorum temporibus putant eē complexa. Nos au-
t iuxta ea quae ex persona saluatoris secuntur. A parui his
qui non inter rogabant. Inuentus sum ab his qui me non
querebant ad tempus romanae uictoriae uniuersa re-
ferimus. Ioseppus iudaice scriptor historiae septem ex-
plicat uoluminibus quibus inposuit titulum. cap-
tiuitatis iudaice. idē AA W C E W C. & sup̄fluum est
ea sermones differere quae oculis pateant cum om̄a
desiderabilia eorum uersa sint in ruinas. & templum toto
orbe caelebratum in sterquilinum urbis nouae
quae a conclitore appellabatur elia & in habitaculum
transierit noctuarum frustra q; cotidie dicunt in si-
nagogis suis. sup̄ his omnibus dñe. & sustinebis & affli-
ges nos atq; humiliabis uehem̄ter. Possumus haec
referre & ad ecclesiā uel ad sc̄i uiri animā. quae recte ap-
pellari potest specula. & uisio pacis. quando pater
& filius & sp̄s sc̄i. habitauerint in ea. Sin uero utro